

LXXVII

apparens cum duobus episcopis. qui cum eo iacebant. vno hunc et altero in dō et assistentibus et dicit ad eam. Usquequo mulier hos qui hic sunt. permoues et non dimittis eos quiete scere. Infuderit enim stolas nostras lacrimis meis. Et hoc dicens. dat ei proprium pictaculum bullam dicens. Suscipe. recognoscas hoc. solve. aspice. et in seipsum ex visio veniens. vidit iterum sanctos ingredientes in proprium locum. et soluens inuenit litteras suas deletas et subscriptionem sub eis. habentem sic. Propter iohannem suum meum deletum est peccatum tuum. Quis loquetur potestas domini. o amici et fratres. quis ita misericors et amator hominum. faciens voluntate nimenium se. et glorificans glorificantes se et per miraculorum operationes magnificans eos. Non autem in loco solus in quo preciosa eius dormitio facta est gratia quam habuit apud deum. manifesta est. sed ubique longius claruit.

Quidam Havinus monachus de eius dormitione viderit.

Edem enim die in qua ad deum ex hac vita beatus iste profectus est. quidam eorum angelica vita et scelerata monachorum beatus vir mirabilis et indistrius Havinus nomine alexandrie habitans vidit quasi in excessu mentis factus diuinitus honorabile iohannem episcopum egredientem cum clero omni cereos portantes et ad imperatorem euntem. tanquam eunuchum quodam ut ipse dicebat Havinus cubiculario hunc vocante. et postquam ianuam exit quod lignum ficat. proprii corporis separationem unam puellam ut solem suscipientem eum et manu tenentem. et super caput coronam ex oleo ramis circumamictam. Vox ergo agnouit sanctus Havinus. migrationem patriarche ad dominum ipsa hora fuisse factam. Qua propter adnotantes quidam mensum et diem erat enim celebris sancti martiris Gene et quibusdam venientibus de cypro. et pecuniantes quidam qui habitabant alexandrie de migratione sancti patriarche agnouerunt verum fuisse visionem. eo quod eadem hora fieret

in qua obiit beatus et marie de exemplo puella. quam manu tenebat eum. Accepit enim remissiones ab ea sanctis sic in procedendo verbis vite eius diximus. quod si me possides amicam. ego te ante imperatorem introducam. Quod et reuera fecit.

Quidam hitor quidam alexandrie de ipso viderit.

Non autem ex hoc tantum omnes sancti factorem acceperit. quod elemosina et misericordia quas habuit circa regentes. eum in celorum regnum deduxerit. sed quod alius eorum qui habitabat civitatem alexandriam timens deum. vidit ipsa nocte in qua et sanctus Havinus. omnes pauperes et orphanos atque viduas. oleo ramis baiulantes. et in patriarche obsequio euntes. et ad ecclesiam regentes. Non solum autem duo. aut decem aut centum satisfactiones sunt. per quas sancti clarere. quoniam sanctorum numerus meruit memorabilis hic. hec et alie que subsequens forma ostendit.

De vnguento quod de sepulchro eius emanauit.

Hymnodia enim antiterfaria per multum tempus dormitionis sancti celebrata in templo memorati sancti rychonis. ubi preciosum libanum. id est seplatum beatus patriarche iobis repositum est. erat autem quod colebatur sacre vigilie hymnodia annue recordationis sancti miraculorum factoris nichonis. volensque omnipotens deus ostendere omnibus quali honore suum sancti iobem dignum fecerit. placuit de honorabili eius ipsano vngenti saniferam sanitatem emanare. quod vniuersi in leticia versis gratiam retulerit patri et filio et spiritu sancto. vicis deo nostro. qui proprios sanctos gratia glorificat infinita.

Unde hoc quod in cypro in diuersis sanctis talia dei gratia operentur. Et ut nullus amicus christi tanta miraculi incredulus sit. etiam vix nunc videtur in amica christi. cypro insula in diuersis sanctis talia dei gratia operari et tanquam ex fontibus vngentorum. suauitatem de preciosis eorum ipsanis pluentem. ad gloriam eiusdem